

negotio effusa; Excudenta autem, quò per ora Virum
volitet, cane potestatem cuiquam facis. Est hac subita
rescriptionis causa potissima. Abs que quàm fuisset,
poteras silentio expectari, quando te propediem nobis
polliceris. Veni verò quantocius. Visemus ad Pon-
torem Proci, unà cum vicofortis, o, et a. sine
mavis a. d. v. et en^{tra}labimus, uterone laboret
an utro. de Tessela item infatuata grijphidis
Pontificis coram sermo sit erit. Ad ea quae scribis
de ineptijs vestrorum hominum, repente sic lusi.

Ampullatarum va grandi loquentia vocum,
Amstellodamum Sesquipedale nimis.
Non facit ad nostrum, fateor, Barlae, palatum.
Est in magnificâ voce modus, ratio.
Lauda leues sine felle, graues sine folle loquentes
Rumpatur, quisquis rumpitur eloquio.

Vale pluribus occupato non licet, terribile hadic pro-
blema, quadrandum circulum habes. Procerum
nostrarum curia ~~de~~ plus quam decuriam orbiculari
mensâ excepturus, quosibi pasco scilicet meâ quadra
Haga Com: XIII. Dec: 1644.

Barlae.

Viro Amplissimo.
Caspari Barlaeo.
Constantinus Hugenus.

S.

[3/6]

Scribe sapinus dicebas, cum postremum vale dices: et
ecce, vix absenti protinus me praesentem sibe. Prae-
stantissima Matrona Hoofdia, cuius humanitati
quantum debeam, tute testari potes; Visam est
inscribere Pietatis nostrae hasce, quasi quasdam
eccebras, sine flammulas manis aut scintillas.
quarum obiter mentionem feci, cum ab Eremitis
Pasgelbiansi rediremus. Postulo autem, nisi grave
est tenuitatem nostram totâ existimatione tuâ
denudò ut suffulcias, et hoc volumen, scilicet, quod
grave non est, de manu amicâ tradas in utriusque
amicissimam. Summa est. munus nostrum ornato
verbis

verbis, quantum pote. Quod si cui non indignum censebitur,
quod lumen videat. Ex ἐπίσταται. quo minus com-
mittatur Blaviorum angusto characteri. Vide vero
quid statuas. nam eo casu ne hic quidem substidero.
Certum est mare publicum non ingredi, nisi tuo cortice
nitenti, cui tam tuto ac securi semel incubui. Hoc fue-
tu beneficium impudenti datur, ut petat impudentius.
Ergo si perscribi pateris *uytgegeven door den Professor*.
Barlaeus, et praefatiunculam item brevi prosa, vel
epigrammate ad hunc digneris, sicut prodire audeo. Cave
tamen suspicere, me vel ipsam umbram laureole, in
hoc mustaceo quaerere. Plane avidus non sum edendi
et nostri tu plus harum rerum penei me latere, quam
vulgatum fuit. At isthaec certe necessaria, et si sic
loqui liceat, defensiva cautio est. Interpretationum enim
et orthographice meae, in Carmine praesertim, soleo
non parum anxie curiosus esse. Nosti quippe, quam levi
puncto vel apice derogari possit sententiis per se jam
satis imbecillis, at in exscribendo quotusquisque tan-
tillos rei alienae sollicitudinem amat? Praeterea si haec
excendantur, velim corrector ipse exemplaribus adhi-
beri. Sed nihil tanti est erit quod libentius, et libentissi-
me patiar; modo ne exscribantur. et me amice-
sime. Haga Com: XII. Jan: MDCCXLV.

Barlaeo.

Amplissimo Viro.
D. Casparsi Barlaeo.
C. H.

S.

(2/2).

Lipsii Epitaphium
Janta Codic. Vatic.

Quis hic tumultus, quaevis? ipse edisseram
Duper locutus et stilo et lingua fui.
Nunc aueris licebit.

Id est, placuit Principi trecentis te florentis onerare
pro illustri Poemate, quo de expugnata Sarsa gratula-
tus es triumphanti. Hujus hominis, si quid in
Thesaurario marae sit est, fidejussorem me habebis
et vicofortium: qui, quam primum solvitur aere gelu
grata vice, persolventes tibi curabimus, vel transcri-
bendos. Apud Hoefdiam functus es officio liberali
amici, et habeo gratiam: de Lambis non item.
superant illi captum ipsius Gratitudinis, neque verbi
pensari